



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

12. A quo Superiore petenda sit licentia, vt Religiosi Exerceant munus
executionis alicuius testamenti? Et an ad hoc non requiratur consensus
Conuentus? Et an ipse Superior Conuentualis, qui dat ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

tionis, ne scilicet contrectarent pecunias, litésve in executione libertas agitent, & ab spiritualibus exercitiis eo munere dissentiant auocentur, omnino cessat eo munere dissentiant auocentur, omnino cessat in executione nominatione. Præterea in eo casu non est incerta executorum nominatio (vt vult Francus *cap. 2. in princ. num. 2. & de testam. in 6. & ibi Dominicus n. 4.*) qui propterea oppositam sententiam tenuerunt, certitudo enim in alterius voluntatem bene confertur, vt ex Baldo cum aliis *l. id quod pauperibus. num. 15. C. de Epis. & Clericis*, docet Sanchez *supra numer. 4. 1.* qui hanc sententiam sequitur, & refert Couarruuiam *cap. tua nos. num. 1. in fine de testamentis. Matienz. lib. 5. recopilat. tit. 4. lib. 14. gloss. 1. num. 3.* Rodriguez *tom. 3. de Regular. questio. 70. artic. 2. & tom. 2. summa cap. 70. n. 21. contra Molin. disput. illa 247. §. illud est obseruandum.*

2. Rectè autem monet etiam Sanchez facultatem requiri in Fratre Minore à suo Prælato; Religiosus enim non habet velle, aut nolle, vt ex postea dicendis de aliis Religiosis constabit.

3. Docet etiam ipse Sanchez, *num. 42. ex Matienz. supra eam commissionem nominandi executores debere esse incerti ex certis, vt nominandi aliquem ex tali Collegio; nulli enim potest valide committi indefinita executoris nec tutoris nominatio, vt probat Matienz. citat. tit. 4. §. 1. gl. 8. n. 4.* Nec etiam valet, quando esset ad eò generalis nominatio, vt ipso non nominante, non possent omnes simul exequi, vt si omitteret nominare vnum de tali Regno, aut ciuitate. Et hæc omnia, præter Doctores, citatos docet Dicastillus *l. 2. n. 19. disp. 3. dub. 10. n. 106.*

RESOL. XI.

An ceteri Religiosi etiam Claustrales possint esse Executores testamentorum, tam quoad institutionem & legata prophanam quam pia?

Et an hoc vnus suscipere non possint, nisi à suo Superiore petita super hoc licentia, & obtenta, quod secus dicendum est de his, qui habent beneficia præsertim perpetua extra Monasterium?

Et quid est dicendum, si Regularibus specialiter suo Religioso instituto interdicitur, vt non possint esse Executores testamenti? Ex p. 8. t. 5. Rel. 9.

§. 1. Officium executoris testamentariz solum permissum esse Religiosis ad pias causas, tradit Speculator *de instr. edit. §. n. verò aliqua. n. 70.* Sed Religiosum executorem testamentorum constitui non posse, nisi Superioris licentia ad hoc petita, & obtenta, text. expressus in *o. fin. de test. l. 6. qm. princ. vbi Bonifacius in hac verba scripsit: Religiosus executor ab alio in sua voluntate vltima deputatus, non potest, cum velle vel nolle non habeat, huiusmodi officium suscipere, nisi à superiore suo petita super hoc licentia, & obtenta. Idem statuit Pont. in Clementina unica eod. tit. in illis verbis: Quod vtique non posse, nisi à superiore suo petita super hoc licentia, & obtenta suscipere.*

2. Quæ quidem sententia intelligenda est, siue executio sola Monacho relicta fuerit, siue ordinatio, distributio, electio, & dispositio commissa sit: in vtroque enim casu, officium exequi & suscipere Monachus poterit, (superioris obtenta licentia.) Cum quia textus in *d. cap. final. & in d. Clementina unica*, & supradicta communis Doctorum traditio indistinctè loquuntur; tam etiam, quia (ea obtenta) Monachus velle, & nolle habet, ad illud exequendum ex prædictis iuribus. Et sic inter executionem solam, & inter distributionem, electionem, & dispositionem Monacho commissam, nullum diuersitatis discrimen verfarum vnus, & alter casus ex eius arbitrio, & dispo-

Tom. VI.

sitione, (præmissa superioris facultate) dependat.

3. Declaranda iterum est, vt locum habeat etiam in causis non piis, quarum executio, & commissio Monacho relinquatur: ita Cardinalis in *dista Clementina unica, n. 10. vers. 2.* quæro, Ioan. de Imola *ibidem. n. 10.*

4. Postea igitur sui superioris licentia constat ex supradictis textibus Religiosis permitti, tam quoad institutionem, & legata prophanam, quam pia; quia supradicti textus indistinctè de cuiuslibet vltimæ voluntatis susceptione, & executione loquuntur. Præterquam, quod factis piis est, quæcumque defuncti voluntatem licitam, & honestam exequi. Neque in huius officij executione, & susceptione opus est, vt aliqua specialis vtilitas monasterio proueniat; quia dicti textus illam non expostulant, sed solum licentia Prælati contenti sunt.

5. Omnia verò supradicta procedunt in Religiosis Claustralibus; secus verò dicendum est de his, qui habent beneficia præsertim perpetua, extra Monasterium, cum non subint obedientiæ sui Prælati, saltem sicut alij, qui domi habitant; sicut enim temporalia tractant sine recurso ad superiorem, sic & executionem testamentorum. Ita VVadingus *tract. de Contr. disputat. 4. dubi. 13. §. 1. numero 2.* & Dicastillus *de iustit. lib. 2. tractat. 19. disputat. 3. dubit. 10. num. 111 & alij.*

6. Vnde ex his apparet cautè legendum esse Petrum Nauarra *l. 1. de test. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 167.* vbi ait, Regulares posse esse testamenti executores, nisi eis specialiter suo Religiosis instituto interdicitur sit; nam hoc est contra textum *c. 2. de test. in 6.* & contra Clementinam superius adductam, & contra communem sententiam Doctorum.

RESOL. XII.

A quo Superiore petenda sit licentia, vt Religiosi exerceant munus executionis alicuius testamenti?

Et an ad hoc non requiratur consensus Conuentus?

Et an ipse Superior Conuentualis, qui dat aliis licentiam, possit ad hoc secum dispensare, nisi aut illa dispensatio requiratur specialem distinctionem persona dantis, & accipientis, aut per Ordinis statuta veterum secum dispensare? Ex parte 8. tractat. 5. Resolutione 10.

§. 1. Respondeo, quòd Iacobus à Canibus de executoribus vltimam voluntat. parte 1. numero Trigesimo Secundo. (aliquibus opinionibus se inuoluens) distinctè, & particulariter sententiam eligendam non constituit: sed ea tanquam veritas sine amplectenda est, quòd superior ille dicitur, cuius imperio Monachus immediatè subditus existit: ex Cardinali in *Clementina unica, de testamentis, numero 4.* Ancharano in *capit. finali, eodem titulo, numero 3. versic. Secundo nota*, nec consensus Conuentus requiritur, argument. textus in *disto capite si Religiosi de elect. lib. 6. §. Quia verò.*

2. Sufficit igitur sola licentia Prælati conuentualis. Et nota hic obiter, quòd ipse superior conuentualis, qui dat aliis licentiam, potest secum ipse dispensare, quia regula est, quando superior cum aliis dispensat, posse quoque secum in eadem re dispensare, nisi aut illa dispensatio requiratur specialiter distinctionem persona dantis, & accipientis, aut per Ordinis statuta veterum secum dispensare. Syluester *testamentum 2. questio. 2.* Molin. *disput. 247. num. 9.* quibus adde Castrum Palaum *com. 3. tractat. 16. disputat. punct. 13. §. 1. num. 4.* Pp 3. Dicastill.

Sup. contenti in hoc, & seq. §. lege in f. a doctrina el. 70. & fig. quater. §. vi.

Dicaſtillum de Inſt. lib. 2. tr. 19. diſput. 3. dub. 10. n. 112.
Rodriguez in 99. regular. tom. 3. q. 70. art. 1. & Capellam
Tholoſanam q. 154. Lezanam in ſumma q. regular. r. 1.
c. 9. n. 9.

RESOL XIII.

An à Religioſis Societatis Jeſu hac licentia ſit petenda à
Patre Generali ſub obligatione peccati mortalis? Ex
p. 3. tr. 5. Ref. 11.

§. 1. **I**n hac quaſtione de meo nihil dicam, ſolùm
referam quid ſentiant Doctores ipſius Socie-
tatis, & ided aſſero affirmatiuam ſententiam docere
Sanchez in ſum. tom. 2. lib. 6. cap. 11. n. 18. quia in con-
ſtitutionibus Societatis p. 6. cap. 1. §. 7. in declarat. liti-
ra D. hac licentia referatur ſoli Generali, & quam-
uis conſtitutiones ex ſe non obligent ad mortale;
quia tamen iuxta iura ſuprà allegata non poſſunt
Religioſi abſque licentia Prælati ſuſcipere, vel exer-
cere illud munus ſub culpa graui, & hanc licentiam
in Societate ſolis Generalis dare poteſt, conſe-
quenter abſque eius licentia peccabit mortaliter ſubdi-
tos, quia abſque licentia Prælati id faciet; unde ne-
que ipſi Prælati aut ſuperiores locales poterunt
abſque Generalis licentia id munus exequi ſine pecca-
to graui.

Supra in ref.
que hic eſt.
11.

2. His tamen non obſtantibus, hoc difficile videri
Cardinali de Lugo de Inſt. tom. 2. diſput. 24. ſect. 1.
n. 32. quia de iure communi aliis etiam ſuperioribus
infra Generalem competit poſſe dare ſubditis illam
licentiam, ita vt ſubditis cum eorum licentia ei-
uſmodi munus exercens non peccet mortaliter, nec fa-
ciat contra legem Canonicam. In prædicto autem lo-
co noſtrarum conſtitutionum ſolùm referatur Ge-
nerali facultas diſpenſandi in ipſa conſtitutione no-
ſtra, qua prohibetur noſtris tale munus. Cùm autem
conſtitutio noſtra quatenus talis eſt, non obliget ad
culpam, ſed ſolùm vt regula, conſequenter eſt, vt ſubdi-
tus agens contra illam conſtitutionem ſine eius legiti-
tima diſpenſatione, non peccet grauiter ex eo capite;
ſicut nec ſuperior talem licentiam concedens Con-
tra legem autem Canonicam non videtur eſſe pecca-
tum, cùm hac ſolùm prohibeat exercitium illius mu-
neris ſine conſenſu Prælati ſaltem immediati. Regula
verò noſtra non auferat ab aliis Superioribus poteſta-
tem, quam de iure communi habebant; ſed ſolùm non
concedit poteſtatem diſpenſandi in prohibitione fa-
cta in eadem conſtitutione: quod colligi videtur ex
eius verbis, *que ſe ſe habent*. Vt plenius poſſit So-
cietas rebus ſpiritualibus iuxta ſuum inſtitutum va-
care, quoad eius fieri poterit, à negotiis ſecularibus
abſtineat, (qualia ſunt teſtamentariorum, vel exequuto-
rum, vel Procuratorum rerum ciuiliũ, aut id genus
officia) nec ea vllis precibus adducti, obeunda ſuſci-
pant, vel in illis ſe occupati ſinant. Et in margine
additur: Hoc obſeruetur, quoad eius fieri poterit.
Superior tamen ad caſum aliquem neceſſitatis, vel
maioris momenti ad finem diuini ſeruitij præfixum,
facultas diſpenſandi ad tempus relinquatur. Hic au-
tem Superior Præpoſitus Generalis erit, vel qui ab
eo facultatem ad hoc acceperit. Vbi facultas diſpen-
ſandi tota eſt circa obſeruantiam huius conſtitutionis,
vt conſtat ex illis verbis, *hoc obſeruetur*. Circa legem
autem Canonicam Prælati non habent facultatem diſ-
penſandi, nec Generalis ipſe diſpenſat, ſed concedunt
licentiam ab ipſa lege requiſitam, qua poſita, lex ob-
ſeruetur, quæ præcipit ne Religioſus tale munus exer-
ceat ſine licentia ſui Prælati ſaltem Conuentualis: non
ergo peccabit grauiter homo Societatis cum licentia
Prælati inferioris id faciens, ſed ſolùm contra Regu-
lam, Huiusque Cardinalis Lugo.

3. Nota etiam quòd Layman lib. 3. traſt. 5. c. 12. n. 3.
& Caſtrus Palaus tom. 4. traſt. 16. diſp. 4. punſt. 15. §. 1.
num. 1. aſſerunt, in Societate licentiam petendam eſſe à
Generalis; ſed non addunt, contrauenientes peccare
mortaliter.

4. Verum his non obſtantibus aduerſus ſententiam
Cardinalis de Lugo inſurgit Dicaſtillus de Inſt. lib. 2.
traſt. 19. diſp. 3. dub. 10. n. 114. & ſequent. vbi tandem
num. 17. ſic ait: Nihilominus, & noſtræ Religionis pra-
xis, & omnimoda dependentia, ſubordinatioque cæte-
rorum Superiorum, qui nihil poſſunt, niſi quod, &
quantum Generalis ipſe concedat, ſatis declarant eam
eſſe tum Societatis vniuerſæ in ea declarationem: tum
Generalis ipſius mentem, vt cæteri Superiores com-
paratione huius actionis, & facultatis omnino Su-
periores non ſint. Ided quamuis viderim audierimve
aliquos (maximè externos, qui noſtrum vitæ inſtitu-
tum non fatiſ norunt) in vtramque partem diſputan-
tes, & probabilem iudicantes; mihi tamen ſemper
maximè placuit citata opinio, quam docuit Sanchez,
qui noſter erat, & præter eximiam viri doctrinam,
noſtra nouit. Ideo non ſolùm puto Religioſum no-
ſtrum contra facientem dignum grauiffima pena, ſed
illicitam eſſe, & contra ius commune illam, vel ac-
ceptionem muneris, vel eius executionem abſque Ge-
neralis licentia. Ita Dicaſtillus.

RESOL. XIV.

An Fratres Minores poſſint eſſe executores teſtamento-
rum cum licentia Superioris, vt dictum eſt de aliis Re-
ligioſis?

Et an poſſint dare conſilium executoribus?

Et quid ſi teſtator extra vnum Minorum acceperit,
relinquat etiam ſeculares? Ex p. 3. tr. 5. Ref. 12.

§. 1. **R**eſpondeo, quòd Fratres Minores de Ob-
ſeruantia non poſſunt eſſe executores teſ-
tamentorum, ſed poſſunt dare conſilium executori-
bus. Clem. Exini. de verb. ſignif. Rationes dõæ videntur
dari in textu; tum quia officium tale pletumque
requirit tractationem pecuniarum: quæ ipſis eſt in-
terdicta; tum quia cogentur ſæpè ſtare in iudi-
cio, quòd eſt ab inſtituto alienum. Ex quo inferet
Sanchez lib. 1. de præcept. cap. 11. num. 26. Si Frater Mi-
nor extra Conuentum præficiatur alicui Ecclēſiæ ſe-
culari, eum poſſe eſſe executorem; quia cùm omnes
rationes prohibendi in eo ceſſent, nam in eo ſtat eſt,
in quo & pecunias contraſtare, & ſtare in iudicio,
& temporalia adminiſtrare poſſit, non eſt ratio cur
lex illa in tali habeat locum. Igitur Fratres Minores
executores vltimarum voluntatum conſtitui non poſ-
ſunt, tamenſi conſilium circa eius executionem præſta-
re poſſint.

2. Hinc rectè obſeruat Carpius ne execut. teſta-
ment. libro primo, capite 5. numero 62. quod cauendum
eſt à Morla in emporio iuris 1. p. titul. 12. quaſt. 10.
num. 4. poſt principium vbi ait, quod qui tenetur
aliquid facere teſtatoris præcepto cum conſilio
Guardiani Fratrum Minorum, quòd eum Guar-
dianus executor teſtamenti eſſe non poſſit ex diſp.
Clem. exini. §. 6. verum minimè poterit in teſtamen-
ti executione faciendâ conſilium præſtare. Quod,
inquam, vltimum verum non eſt, contra expreſſam
decifionem dicte Clement. & communem Docto-
rum traditionem proximè relata. Nec Baldus in
rubrica, C. de exercitatoria aſtione (quem ipſe Morla
refert) id aſſerit, ibi enim Baldus numero 6. in prin-
cipio, tantum modo docet, quòd Guardiani conſilium
ſequendum non ſit, non autem quòd id præſtare non
poſſit. Cùm enim Guardianus, vel Frater Minor
execu-